

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ascensio x
cum uariis

Non solum hodie paradisi possessores firmati sumus, sed superna celorum in Christo penetrauimus, ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam quam per dyaboli perdideramus inuidiam quia quos dyabolus de primi habitaculi felicitate eiecit, hos Dei Filius sibi concorporatos ad Patris dexteram collocauit.

Leo papa in sermone hodierno.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

paradisi] celi P V¹ V² L¹ L²; concorporatos] corporatos P V¹ V² L¹ L²; hodierno] ascensionis V² L¹ L²